



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 53. Conservatores, an habere dicantur territorium separatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

villeg. ord. par. 2. tit. 19. de sepulturis vers. de candidis, aut nisi consuetudine aut præscriptio-
 tione eandem exemptionem adopta sit, Hostiensis summa de sepulturis §. an licitum
 vers. si consuetudo v. bald. d. par. 2. cap. 5. num. 3. Licet Abbas voluerit ejusmodi libertate
 tem consuetudine in totum acquiri non posse, cap. certifica. de sepult. quem merito
 refutavit, Petrus de Vbaldus jam laudatus.

Sed hæc paulo extra scopum cætera examussim peti poterunt ex d. Petto de
 Vbaldus qui speciali ac docto tractatu totam istam Canonicam Episcopalis & Pa-
 rochialis materiam diligenter discutit nihilque intactum reliquit. Redeo itaque
 ad propositam quaestionem, num Ecclesiæ exemptæ quæ ad Canonicam Parochia-
 lem obligantur possint ab Ecclesiâ Parochiali illiusve Rectore conveniri coram
 ordinario.

Quæstio hæc ut pleræque alia in iure variâ est exagitata Guilielmus de Monte
 Landu in Clem. dudum §. verum de sepulturis, censuit posse conveniri coram ordi-
 nario. Ratio ejus est per Clement. dudum de sepult. privilegia exemptio non revo-
 cantur, d. Clem. dudum vers. neque ad id, à quoquam. Deinde Clementina dudum con-
 tinet iuris dispositionem cujus executio competit ordinario, cap. si clericus in fin. de
 præb. in 6. Frustra enim lex edita nisi quispiam qui sit legis executor, cap. ubi peri-
 culum §. præterea de elect. in 6. verum opinionem istam explodunt alij melioris no-
 tæ. Paulus de Lesarus d. Clem. dudum §. verum super verb. ei argiri Card. Sabarella ibid.
 Petrus de Vbaldus de Canonica Episcop. & Parochiali par. 2. cap. 3. num. 15. & seqq. Nec
 obstant pan dictæ rationes in contrarium, etenim Clem. dudum non revocat ex-
 emptiones sed Privilegia per quæ ante illam clementinam Ecclesiæ non tenebantur
 Ecclesiæ Parochiali ad Canonicam Parochialem neque hic deest qui sit hujus
 Clementi adversus exemptos executio Papa enim aut legatus de latere iudex est ex-
 emptorum coram quo hæc & similes actiones adversus exemptos poterant inten-
 tari uti alio in loco ostendi, lib. 2. quæst. 2. Card. & Vbaldus iam citati sit itaque conclu-
 sio exemptos si ratione quartæ Parochialis coram ordinario conveniantur ad eos
 posse quos habent conservatores recurrere.

QVÆSTIO LIII.

Conservatores an habere dicantur territorium separatum.

SUMMARIUM.

- 1. Territorium quid sit.
- 2. Conservatores non habent territorium
- 3. Privilegia eximunt à subiectione sed non

& quare.
 Bb 3

4. Prælati inferiores non possunt præscribere territorium.

5. Iurisdicção respectu territorij habet se ad instar rei cuius quispiam est Dominus.

6. Idque proprie loquendo secus improprie.

7. Iurisdicção conservatorum non ideo inefficax quod territorio careat.

8. Iurisdicçãoi nihil est commune cum territorio.

9. Ecclesiastici iudices bona immobilia non faciunt.

Territorij diffinitionem tradit Pomponius, l. Pupillus §. territorium ff. de verb. sig. ut sit universitas agrorum intra fines cuiusque civitatis ab eo dictum quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi id est submonendi habeat facultatem, sunt autem ejus prope significationis comitatus delicticus Diocesis. Alciat. d. §. territorium de quorum analogia Felinus cap. Rodolphus nu. 15. & Joannes Francisci de Pannus tract. de potest. can. sede vocante par. 2. quest. 20. nu. 41. & seqq. Itaque huic quaestioni paucis respondeo negative.

Ratio est. Quia si concederemus conservatores habere territorium separatim sequeretur conservatorias locaque eorum exempta non esse in aliqua Diocesi seu territorio Episcopi (Diocesis enim & territorium Episcopale symbolizant, ca. si quis Episcoporum 16. quest. 2. & ca. omnes Baslica quest. 7. cap. cum Episcopos de offic. ord. in 6. Alberic. in dictionario verb. territorium (sed constituere propriam Diocesim seu territorium, glo. Clem. 1. §. volumus verb. Diocesanu ubi Card. nu. 2. de foro compet. Farinaceus dec. 324. par. 2. editionis Amverpiensis anni 1620. quod juris ratio non admittit ut enim territorium separatim in Diocesi solus Pontifex summus potest concedere ad quem solum spectat Dioceses separare, Hoff. cap. cum contingat nu. 1. ubi Butrio n. 11. Abbas nu. 18. de foro compet. Farinas, d. decis. 324. nu. 2.

Ratio secunda. Quia Privilegia eximunt duntaxat à subjectione non vero à situatione seu denominatione id est per exemptiones definiunt quidem exempti esse de Diocesi, sed non definiunt esse in Diocesi, Vtall. Clem. 1. num. 44. de privileg. franc. cap. 2. §. statuto vers. sed adverte de constit. in 6. Abbas cap. Apostolica num. 3. de donat. plena Fel. Abb. DD. cap. grave de offic. ord. Unde juris ratio non patitur exemptiones quæ sunt juris odiosæ l. 1. quest. 3. extendi atque ampliari à casu subjectionis ad eam situationis quæ apud Philosophos sunt categoriæ distinctæ ea enim omnia quæ per Privilegia exemptionum Episcopo expresse non auferuntur censentur illi reservata ac sub ejus primæva jurisdictione remanere. Anchar. cap. Pastoralis num. 45. de foro compet. & d. cap. 2. num. 10. vers. quando Prælati de constit. in 6. Farinas, d. decis. 324. nu. 5. Quo fit & cum conservatorie exemptionesque sint in diocesi sive territorio non possunt conservatores dici habere territorium separatim quippe quod territorium seu Episcopatus

petas unum sit corpus cuius caput est Episcopus si autem constituatur in eodem Episcopi territorio aliud territorium fiet ut inquit, *Hofstiensis in d. cap. cum contingat nu. 1. & in cap. quanto nu. 13. cap. quoniam nu. 2. de offic. ord. Farin. d. loco Abb. & DD. d. cap. cum contingat*, unum corpus monstruosum plura habens capita.

Confirmatur ab identitate rationis, quia Praelati inferiores non possunt nequidem praescribere territorium ita separatum ab Episcopo ut quasi aliud caput faciat in eadem Diocesi, *Barrio cap. cum contingat nu. 11. ubi Abb. nu. 18 & 19. Bel-lamira num. 15. & 16. de foro compet. eff. & que ejusmodi consuetudo aut praescriptio irrationabilis quae ne quidem immemorabili tempore praescribi possit, Farin. d. dec. 324. nu. 11.* idque ut dixi ne ejusdem mystici corporis plura capita supponamus nec obstat quod utraque lex scilicet jurisdictionis & Diocesanæ ac consequenter territorium praescribi ita possit ut ne quidem Episcopus in eo possit constituere officialem, *Rota d. dec. 12. de praescriptionib. in novis Abb. d. nu. 11. & 18.* Quia hoc intelligendum est uti explicat idem Abbas, *d. nu. 11. & 18.* & Doctores hactenus laudati in praescriptione jurisdictionis quasi Episcopalis & Episcopo inferioris non vero in praescriptione territorij separati, praescribentes enim territorium separatum qui praescripissent non amplius essent in Diocesi sed ipsimet essent Diocelani & separatim territorium constituerent & ita in una constantiensis jurisdictionis per sacrum rotae auditorium decisum, *Anno 1611. May 18. refert Farina-cus d. dec. 324. num. 13.* quod notandum pro Archidiacono cujusdam Diocesis qui finiticias suas ac phylacteria dilatando parem æqualemque cum Episcopo jurisdictionem sibi adeo attribuunt ut non modo praeventioni locum esse existiment sed & ab eorum septentis ad Episcopum veluti eis coequalem appellari posse non putent.

Confirmatur secundo, quia jurisdictionis respectu territorij habet se ad instar rei cuius quispiam habet dominium *eleg. Barth. l. 1. nu. 15. vers. sicut ergo dominium coheret persona domini tamen est in re ita iurisdictionis coheret officio persona eius qui habet officium tamen est in territorio & sic non est qualitas territorij sed magis persona ff. de iurisd. om. iud. glo. marg. & l. qui furere ff. de st. ar. hom. sicut autem idem dominium aut jus non potest esse in solidum apud plures, l. si utero §. si duobus ff. de com. mod. l. 2. §. ex contrario ff. de acq. poss. Socin. in Fallen. Rog. 99. ita & ejusdem territorij jurisdictionis competens Episcopo conservatori non potest eodem in territorio competere. Hactenus dicta proprie loquendo procedunt non vero improprie loquendo plerisque enim placuit loca exempta & consequenter conservatorias constituere seu habere territorium, *sate Roland conf. 32. num. 44. par. 3. Fel. cap. grave num. 2. in fin. de offic. ord.* idque quo ad certos tantum casus & effectus per modum similitudinis, *Farin. dec. 324. num. 7.* Porro conservatorum jurisdictionis non ideo minus erit efficax quod territorio careat ut nec minus efficax est jurisdictionis ordi.*

De Conservatoribus Ecclesiasticis
ordinaria quæ potest esse sine territorio dummodo habeat personas in quas iurisdictionem possit exercere. *Alex. l. solent in sine ff. de iurisdic. om. iud. Fel. d. cap. Rodolphus nu. 15.* Jurisdictioni enim signanter speciali nihil esse cum territorio commune traditum est, *cap. 1. de re iuris domibus Fel. cap. cum causam nu. 12. vers. secundo de probat. Farinac. d. del. 324. num. 10. glo. cap. 1. in verb. divisio dist. 10. & in Clem. nu. Romani verb. Diocesis de elect. Anton. & Hostiens. cap. quarimoniam de iure patronat. indeque est quod Rebuffus, d. l. Pupillus §. territorium ff. de verb. sig. tradidit Episcopos ordinariosve iurisdictionem Ecclesiasticam habentes salire vel sequestrate non possent bona immobilia quæ territorium respiciunt, idem Rebuff. ad concordata tit. de nominationibus Regijs §. 1. verb. maritus. ut nec Apostolici seu Ecclesiastici notarii instrumenta conficere quæ rem ipsam realiter efficiant & hypothecam realem inducant, Pirichus ad cons. Aurel. tit. 12 §. 1. glo. in littera D. E. Nam divisum imperium cum Iove Cæsar habet. Quæ omnia velut ex copia coram examinantur & resolvuntur à Navarro, in Repert. cap. novit. de iudicij.*

QVÆSTIO LIV.

An Conc. Trid. constitutionesque Pontificum illius confirmatorie censentur derogare exemptionibus earumve conservatorij.

SUMMARIVM.

1. Consil. Trid. derogat multū in casibus exemptionibus. nem sumit à confirmata.
 2. Non tamen indistincte. 8. Cessante causa confirmationis cessat confirmatio privilegij.
 3. Quid si Conc. Trid. non sit receptum. 9. Explicatio Conc. Trid. cap. 22. sess. 25. de Regul.
 4. Item quid si Papa Conc. Trid. derogaverit. 10. Dispositio intelligenda est secundum conditionem personarum ad quas dirigitur.
 5. An opus sit ut Papa specificè Conc. Trid. deroget. 11. Conc. Trid. non revocavit conservatorias universitatum collegiorum aut Regularium.
 6. Dispositio Principis interpretationem sumit à iure communi.
 7. Constitutio confirmans interpretationem.
- I**ta videtur. Nam non modo Concilium Tridentinum passim sed etiam constitutiones Pij 4. derogant magis magno ac quibuscumque Privilegijs exemptionibusque